



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Scholia In Primarias Preces Imperatoris**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

XX. Quæ beneficia sint Precibus obnoxia

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62387](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62387)

beneficia Ecclesiastica, *cap. precepta 55. distinct. nisi tamen deatur in titulum*,  
*Rebuff. d. q. 15. nu. 22.*

VIII. Non cadunt sub Precibus beneficia vacantia ex causa permutationis,  
 vel resignationis simplicis, *textus in cap. licet, in tua, & ibi Boet. Epo de rer.*  
*permut. in 6. Gemina. conf. 104. Staphil. de lit. grat. de varijs mod. vacat. nu. 20. Re-*  
*buff. d. q. 15. nu. 64. Flam. Paris. de Resignat. benef. lib. 1. q. 4. nu. 28.* quod intellige si  
 fiat resignatio in manibus Papæ: si enim fieret in manibus Ordinarij aliqua ex  
 causis, constit. 58, Pij V. quæ incipit, Quanta Ecclesiæ &c. expressis, liberè,  
 ac simpliciter, hoc est, non ad favorem alicujus, tunc beneficia caderent sub  
 precibus, licet forte alias beneficium foret reservatum, modò ipsa resignatio  
 potuerit fieri in manibus Ordinarij, ut puta si facienda sit ratione incompati-  
 bilitatis duorum Canonicarum, *Alex. Monet. tract. de Opt. can. c. 3. q. 5. nu. 127.*  
*sub fin. pag. 269.* assertur & alia ratio, quod vera non dicatur vacatio, nisi ea  
 quæ evenit per mortem naturalem, *Bald. in l. qui sit. ff. sol. matr. glo. ad Pragm.*  
*sent. §. Item quod omnia glos. verbi, facienda, tit. de collatio. & ideo fit, quod bene-*  
*ficia vacantia etiam per simplicem resignationem in favorem tertij non ven-*  
*niant sub Nominationibus, aut precibus Cæsareis. Arnulphus Ruz. eius tract. re-*  
*gal. quest. 44.* Limita nisi permutatio fieret in fraudem v. g. si senex in infir-  
 mitate permutet cum nepote pingue beneficium, cum tenui, talem enim per-  
 mutationem nullam declaravit Pius IV. *in constit. publicata anno 1564. Janua-*  
*rij 27 & senatus Parisien. ad paponem lib. 2. arrest. tit. 7. arresto. 1.* qua de re plu-  
 ra scripsi in tractat. permut. *part. 3. cap. 1. per tot.*

XI. Nec beneficia creata post PRECES CÆSAREAS, *VVames. conf. 242.*  
*num. 4. de prebend.* Si enim PAPA concedat alicui, ut conferat primum be-  
 neficium vacaturum, non poterit conferre beneficium de novo creatum,  
*Collecta in cap. in nostra Col. de Rescript. Rebuff. d. quest. 15. num. 44.* In oppo-  
 situm tamen facit, quod satis fit, quod beneficia reperiantur tempore vaca-  
 tionis in eo statu, quo sunt alia beneficia Cæsari jure Precum affecta: ratio  
 est, quia in beneficialibus inspiciendus est status præsens, *cap. cum de beneficio,*  
*de prebend. in 6. cap. cum cui, eodem, Abb. in cap. dilectus. col. de prebend.* Magis  
 tamen placet prior sententia, tum quia non erat intentio Cæsaris, *cap. Man-*  
*datu. de rescript. cap. cum in illis, de prebend. in 6.* tum quia fundatores à fun-  
 dationibus beneficiorum arcerentur, si simul atque creata essent debe-  
 rentur: præterquam quod non erant beneficia tempore datæ Precum, ideo-  
 que non entis nullæ sunt qualitates, & qualitas adjuncta verbo debet intelli-  
 gi secundum tempus verbi, *l. in delictis. §. 1. ff. de noxal.* Accedit quod con-  
 cessio Precum sit odiosa & restringenda, ut pote in odium ordinarium, *Cassad.*  
*decis. 8. de concess. prebend. qua de re latius infra, vers. XVI. quæritur.*

X. Quæritur quid in beneficijs tempore datæ Precum suppressis; verbi gratia, si in Indulto Papæ sex Canonicatus, & præbendæ primo vacaturæ intra sexennium, sunt affectæ, seu applicatæ Fabricæ, aut mensæ Episcopali, ad dictum, aut aliud tempus, annexæ, an Preces capiant primam vacantem? Ita videtur, sed Precista habebit expectare donec tempus Inultu finitum sit, ut assequatur præbendam, per not. Barb. in cap. cum accessissent, num. 29. vers. circa istud, de constitut. Licet enim sit suppressa præbenda, non tamen canonicatus.

XI. Non comprehenduntur sub Precibus beneficia spectantia ad collationem duorum, si unitantum Preces decretæ sint, cap. cum in illis. §. si de præbend. in 6. Rota decis. 271. Nota glo. in antiq. Rebuff. de nominat. quest. 15. num. 45.

XII. Sed an comprehendantur beneficia monocularia; utpote si alicui competat unius dumtaxat beneficii collatio, an tali casu unicuique istud, seu monoculum beneficium comprehendatur sub Precibus; dicam infra in glos. verb. saltem quatuor, ejusmodi monocularia non comprehenduntur.

XIII. Quæritur, an matricularia & inferiora hujusmodi beneficia comprehendantur sub dispositione Precum; videntur comprehenduntur, quia beneficiorum appellatione veniunt majora & minora. *Solutio de benef. part. 2. quest. 3. cap. cum ad hoc, de Clericis non resident. quod intelligo dummodo dantur in titulum Arnulph. tract. juris regal. privileg. 15. num. 5. Philip. Probus eodem tract. questio. 9.*

XIV. Non comprehenduntur beneficia sita extra Germaniam, ut supra ostendi.

XV. Non comprehenduntur Vicariæ temporales; licet in perpetuis secus sit, *Clem. una, de off. Vicar.*

XVI. Sub Precibus non comprehenduntur pensiones, quia cum persona habentis extinguuntur, nisi sint datæ in titulum. *Gomes. ad reg. de Annali quest. 20.*

XVII. Precibus non afficiuntur beneficia de mensa, quæ sunt quæ perpetuò incorporata sunt mensæ Episcopali, aut capitulari, seu Abbatiali, ut noto ad Reg. VIII. Cancell. glos. 11. n. 16.

XVIII. Nec beneficia exempta, quæ nec cadunt sub expectativis, *Gomes. ad Reg. de infirmis quest. 5.*

XIX. Nec beneficia commendata, secundum opinionem Galpar. de Perusio tract. de reservat. quam refert Gomes. ad Reg. de triennali quest. 5.

(CUM CURA) Hoc exprimitur, quia alias non veniret beneficium curatum, cap. cum in illis, de præbend. in 6. ubi quando mandatur provideri de bene-

beneficio, non comprehenditur curatum : quod limita, nisi illud esset præbendæ annexum, *arg. cap. super eo, de præbend. in 6. Staphil. de lit. grat. tit. de nova forma expect. & etiam in materia favorabili non venit beneficium curatum, nisi exprimat, ut si Papa det potestatem conferendi beneficia, non veniret curatum, nisi expressum sit, Card. in cap. in nostra. quest. 4. de Rescript. Porro, ut dicatur beneficium curatum, seu Ecclesia Parochialis, inter alia substantialia hæc requirit GONZALES ad Reg. viii. glos. 65. potestatem fori pœnitentialis, id est, potestatem ligandi, & solvendi, quæ non cadit nisi in Sacerdotem, c. In novo, 21. distinct. idque ex necessitate, ratione oneris ipsi imposita glos. in Clem. dudum, verbo, Impediant, de sepult. ibi Abb. & Auctor. Rota in una Civitate. Decimarum 6 Feb. 1480. coram Illustrissimo Mantica. Secundo requiritur ut beneficium curatum sit perpetuum. Io. And. in cap. deliberatione, num. 1. verb. Prælationis, de off. leg. in 6. Tertio; ut sit certa parochia, & locus certis finibus, & limitibus constitutus, ac designatus, in quo populus alicui Ecclesiæ deputatus degit, c. Ecclesiis 14. q. 1. in pr. Concil. Trid. sess. 24. de Reform. c. 13. sub fin. ibi, Parochialis Ecclesiæ certos fines &c. Nam talis Ecclesiæ rector dicitur populum regere, cap. 1. de capell. monach. Nam alioqui Archidiaconi, Abbates, & similes habent curam animarum, & non dicuntur curati. Anast. Germon. tract. de Indult. Card. S. ac beneficia nu. 43. & seqq. Quarto requiritur, ut Rector Ecclesiæ curatæ exerceat curam nomine suo, non alieno, c. extirpanda. §. qui vero, de præbend. Quinto ut Rector Ecclesiæ parochialis sit unicus & non plures c. in apibus. 7. q. 1. cap. sicut una, 22. q. 2. sed unum tantummodo habeat Sacerdotem Oldr. ad. conf. 67. incip. quest. talis est, nu. 1. Staphil. de lit. grat. tit. de statu, & qualitate benef. Ex his efficitur, quod quamvis fons Baptismalis deficeret, non propterea desineret cura, quia ex actu baptizandi non infertur cura, cum baptisma etiam à muliere & laico exerceri possit, cap. ad lumina. 30. q. 1. Idemque dicendum quoad sepulturam & actum sepeliendi, ut & quoad perceptionem decimarum, quæ singula latius explicata habes apud Gonzales ad d. Reg. glo. 6. nu. 34. & seqq. Ad rem nostram quod attinet adverte, quod qui obtinet beneficia curata vigore Precum, non aliter institui debere quam præcesserit examen, & fuerint ab iisdem locorum Ordinarijs reperti idonei, Concil. Trid. sess. 7. c. 13. & sess. 18. c. 18. Nam periculosum in experto committere curam animarum, cap. cum sit. de etate & qualitat. sac. quod not. in cap. si forte, de electionibus in 6. Guimer. ad Pragmat. sanctio. tit. de collat. folio 94. col. 4.*

DE SECULARIBVS VEL ORD. HVIVSMODI REGVLARIBVS ) Secularia  
ergo beneficia, & regularia Precibus sunt affecta; de secularibus dubitari non poterat, etsi pleraque existis etiam Precibus non comprehendantur, ut ostendimus supra, in verbo *super singulis beneficijs*, & ista secularia beneficia sunt

E 3

sunt

Requirit  
ad benefi-  
cium cu-  
ratum.

Secularia  
& Regu-  
laria sub  
Precibus  
compre-  
henduntur



tur beneficia dictarum Ecclesiarum nisi sit de iis specifica facta mentio, *cap. quamvis §. quinquam de prebend. in 6.* Dicitur autem Ecclesia Cathedralis Episcopalis, quæ ob honorem Cathedralis appellatur, quia ibi Cathedra Episcopalis, & sedes sita est, *Archidiaconus in cap. statutum col. 1. de Rescript. in 6. Hostien. & alij in cap. ne pro defectu, de electio. Metropolitana verò Ecclesia dicitur Archiepiscopalis l. una, & ibi DD. C. de Metro. Beryto. lib. 11. cap. ut litigantes. de off. ordin. & exprimitur hic Metropolitana, quia in materia odiosa, appellatione Cathedralis non venit Metropolitana, licet sit Cathedralis. Unde illegitimus ut possit etiam in Cathedrali habere beneficia, non poterit habere in Metropolitana, *Io. Monach. & alij in cap. quamvis 1. in fi. de prebend. in 6. Rebuff. tract. de collat. §. 1. in pr.* Porro privilegia Archiepiscoporum, quæ sunt viginti quatuor; qui volet videre, consulat *Ruzam tract. de præminentia, quem citat Rebuff. ad concordata Rub. de collatio verbo Archiepiscopalis.**

f DIGNITATES) Ideò exprimentur, quia in materia ambitiosa, & restringibili appellatione beneficij non veniunt dignitates, *cap. quamvis de prebend. in 6.* Imò sic concedatur mandatum ad beneficia curata, & quæcumque alia non includeretur dignitatis curata *Clem. ne in agro, §. ceterum, de statu monachor. Rebus. in praxi tit. de dispensat. ratione etatis vers. aut Dignitates, & in Concordata in forma mandati Apostolici. in glos. verbi, aut dignitate.* Facultas enim conferendi derogans potestati Ordinarii est odiosa, & propterea restringenda, *ut supra diximus, & notat glos. Imò Petrus de Anchar. a. c. 2. de off. ordin. in 6.* Hinc necessaria fuit expressio dignitatum in hoc Indulto, ut Precistis afficerentur. In patria tamen & Diocœsi Leodiens Preces non capiunt dignitates eas, quæ ex consuetudine, ac potius Indulto Eugenij IV. & Sixti IV. debentur Canonicis præbendatis Ecclesiæ Cathedralis Leodiensis, *Selya tract. de benef. 3. part. q. 49. 10. Benediciti in cap. Raynuitius verbo, si absque, 1. num. 10. in Substit. fideicom. te testamen.* Extra casum tamen consuetudinis vel indulti deberentur Precistis, quod intellige, dummodo dignitates ipsæ in Cathedralibus, & Metropolitanis post Pontificales majores, aut in Collegiatis principales non existant, ut statim in Indulto subjicitur.

g PERSONATUS) Personatus est honor & præminentia in Ecclesia absq; administratione *Coras. de benef. part. 4. cap. 3. num. 7. Flam. Paris. de Resignat. benef. cap. 1. nu. 91. licet propriè non sit dignitas, conf. 105. incip. in Ecclesia, col. 2. nisi ex fundatione, statuto, vel consuetudine talis habeatur. VVames 257. num. 5.* Hinc statutum loquens de personatu, non complectitur dignitatem. Idem in litteris ad beneficia, ut si quis impetret

am & deo  
tryp. sub  
Precibus  
Casu com-  
prehenduntur.

Preces capi-  
unt de  
dignitatibus.

Sicut in  
Diocœsi  
Leodiens.

Personatus quidam

impetret personatum, non possit sibi provideri de dignitate cum administratione vel iurisdictione. *arg. c. qu. unvis. de prebend. in 6. Staphil. de lit. gr. tit. de modo. & forma impet. num. 5.*

*Preces capitani administrationes.*

**h ADMINISTRATIONES)** Intelligi Ecclesiasticas, quæ erectæ sunt auctoritate Episcopi, & in titulos creatæ, quippe quæ cadunt sub Precibus, Nominationibus, & reservationibus etiam Apostolicis, cum sint Ecclesiastica beneficia *glo. in Clem. sin. verbo beneficiorum, de decimis. Salva de beneficio part. 1. q. 3. nu. 29. Rebuff. in praxi tit. seculare beneficium quod duplex nu. 15. Gomez. ad reg. de Infirmis q. 23. & hæc dictio largè sumpta comprehendit Prioratus, qui nominatis, & Graduatibus, si tempore præstituto vacent, debentur, text. in Clem. 1. & ibi Card. de Rescript. & in c. 2. de atate, & qualitate, dummodo non sint conventuales, nisi alioqui commendatus, seu nominatus esset qualificatus, Staphil. de lit. gr. tit. de Octava forma expectat. nu. 7. Adverte tamen, quod si ejusmodi administrationes essent de jure patronatus laici, vel mixto, non caderent sub Precibus seu reservationibus Apostolicis, per ea quæ infra dicam, verbo Præsentationem*

*Preces quæ officia capiunt.*

**i OFFICIA)** Intelligi etiam Ecclesiastica, quæ sunt verè & propriè beneficia, prout sunt thesauraria, Sacristia, Primiceriatus, Archipresbyteratus, Cantoria, quæ officia sunt aliqua præ eminentia, & honore, licet in hoc attendenda sit consuetudo, quia illa censenda dignitas, quæ ex consuetudine talis habetur, *Panor. in cap. de multa de prebend. Rebuff. tract. de pacif. possess. nu. 86. & in tractatu nominat. q. 15. nu. 12. Et hæc officia sunt verè Ecclesiastica, cap. 1. cum vero, de concess. prebend. c. cum accessissent, vers. quocirca, de consuet. Clem. 1. verbo officia, de regular. Pavinus tract. de off. & potest. cap. sede vacante 2. prelat. num. 8. vers. Tertio modo, Hoieda de incompatibil. benef. 1. parte nu. 3. cap. 8 & cap. 16. num. 1. Rebuff. d. loco, ubi tradit differentiam inter dignitatem, personatum, & officium. In his igitur officiis cadunt Preces; nam ex quo hic agitur de clericis, præsumitur mandari de officio Ecclesiastico, Feli. in c. In nostra, coroll. 22. de Rescript.*

*Beneficia electiva quæ dicuntur, & an ea cadant sub Precibus.*

**k PER ELECTIONEM)** Propriè hic dicuntur beneficia electiva, quando in iis proceditur per electionem, quæ requirit confirmationem superioris, *per glo. in Clem. quia contingit verbo electionem, de rel. dom. Feli. in c. In nostra, coroll. 32. de Rescript. Anast. Germon tract. de Indult. card. S. ac beneficia nu. 23. nam sunt alia beneficia, quæ dantur per viam electionis, nec tamen exquirunt confirmationem, & dicuntur potius collativa, Rebuff. tract. Nominat. q. 15. nu. 32. licet ista dici potius debeant mixtû beneficia, ut quæ participant de electione, & collatione; nam mixta est quod ex duobus sapit extremis. L. Imperium, ubi DD. ff. de iurisdic. omnium Iud. Prioris igitur generis beneficia electiva cadunt sub Precibus Cæsaribus, ut in textu hic, quæ etiam necessario hic exprimi debuerunt, cum*